

Laudavi te, quod industrius eras.

Nonnulla maria populis antiquis ignota fuerunt.

Quod non tacuisti, multis displicuisti.

Saepe vos monebamus, ut magistris pareretis, sed vos non paruistis.

Romani cum hostibus conflixerunt et celeri impetu eos pepulerunt.

Ego de meis rationibus ad te scripsi diligenter.

Accepimus tuam epistulam, qua nos hortaris, ut celerius veniamus.

Neque hoc solum dixit, sed ipse et sensit et fecit.

Cum magna in mari tempestas esset, vis ventorum in portum navem coegit.

Multis civitatibus discordia plus obfuit quam bella gravissima.

Felix, qui potuit rerum cognoscere naturam.